mū baasa et non dereliquit ex ea
mingentem ad pietatem et propinquos
et amicos ei⁹. Delevitq; zambri om
nē domū baasa iuxta verbum dñi
quod locutus fuerat ad baasa i ma
nu iehu pphete propter universa peccā
baasa et peccā hela filij ei⁹ quod pecca
verit et peccare fecerūt israhel pro uo can
tes dñm deū israhel in vanitatib⁹ su
is. Reliqua autē sermonū hela et
oīa que fecit nōne hec scripta sūt
in libro verborū dierū regum israhel.
Anno viceesimo septimo asa regis
iuda regnavit zambri septē die
bus in thesa. Porro exercitus ob
sidebat gebethon urbem philisti
norū. Cūq; audisset rebellasse za
mbri et occidisse regē fecit sibi regē
omnis israhel amri qui erat princeps
milicie super israhel in die illa in ca
stris. Ascendit g amri et oīs israhel cū
eo de gebethon et obsidebat the
sa. Vidēs atq; zambri q expugnā

da ēēt citas ingressus ē palatium
et succēdit se cū domo regia et mor
tuus ē in peccatis suis quod peccaverat
faciēs malū corā dño et abulās i
via iheroboam et in peccatis ei⁹ quod fecit
peccare israhel. Reliqua autē sermonū za
mbri et isidiarū ei⁹ et tirāmidis nōne
hec scripta sūt in libro verborū di
eū regum israhel. Tūc divisus ē po
pulus israhel in duas partes. Media
pars populi sequēbat thebni filiū
gineth ut institueret eū regē et me
dia pars amri. Prevaluit autē po
pulus qui erat cū amri populo qui
sequēbat thebni filiū gineth mor
tuusq; ē thebni et regnavit amri.
Anno tricesimo primo asa regis iu
da regnavit amri super israhel duode
cim annis. In thesa regnavit sex
annis: emigrauitq; montem samarie
a somer duobus talentis argen
ti et edificavit eum et vocavit nomē
ciuitatis quam extirperat nomi
ne somer id est montem domini vel
montem samarie. Fecit autē am
ri malum in conspectu dñi et opera
tus est nequiter super omnes qui
fuerūt ante eum. Ambulavitq; i
omni via iheroboam filij nabath
et in peccatis eius quibus peccare fe
cerat israhel ut irritaret dñm deū
israhel in vanitatib⁹ suis. Reliqua
autē sermonum amri et prelia ei⁹
quod gessit nōne hec scripta sunt i
libro verborū dierū regū israhel.
Dormiuitq; ari cū patrib⁹ suis et se
pult⁹ est in samaria. regnavitq;
achab filius ei⁹ p eo. Achab ve
ro filius ari regnavit super israhel
anno .xxviii. asa regis iuda. Et
regnavit achab fili⁹ ari super israhel
in samaria viginti et duob⁹ annis

Et fecit achab fili⁹ amri mahi in
aspectu dñi: sup oēs q̄ fuerūt āte
eū. Nec suffecit ei vt ābularet in
peccatis iheroboā filij nabath: in
sup duxit vxorē iezabel filiaz met
baal regis sidonior. Et abiit ⁊ ser
uiuit baal ⁊ adorauit eū ⁊ posuit
aram baal in tēplo baal. qđ edi
ficauerat i samaria ⁊ plātauit lu
cū. Et addidit achab in ope suo
irritās dñm deū isrl sup oēs rēges
isrl q̄ fuerūt ante eū. In dieb⁹ ei⁹
edificauit abiel de bethel iericho.
In abiram p̄mitiuo suo fūdauit
eā ⁊ in segub nouissimo suo posu
it portas ei⁹ iuxta verbū dñi qđ
locutus fuerat in manu iosue filij
nūn.

Ca. xvi.

Et dixit helias thesbites de
habitatoribus galaad ad
achab. Viuit dñs deus isrl i cui⁹
cōspedu sto: si erit āmis hys ros
⁊ pluuia mihi iuxta oris mei verba.
Et factū ē verbū dñi ad eū dicens.
Recede hinc ⁊ vade cōtra orientē
⁊ abscondere in torrente carith qui
ē vtra iordanē et ibi de torrente bi
bes: conuiscq̄ p̄cepi vt pascant te
ibi. Abiit ergo ⁊ fecit iuxta v̄bū
dñi. Cūq̄ abisset sedit i torrente
carith q̄ est vtra iordanē. Conuiscq̄
deferebāt ei panē ⁊ carnes mane
similiē panē ⁊ carnes vesp̄i ⁊ bi
tebat de torrente. Post dies autē
aliquātos siccat⁹ ē torrens: non
enī pluerat sup terrā. Fact⁹ ē autē
sermo dñi ad eū dicens. Surge et
vade in sarepta sidonior ⁊ mane
bis ibi. Precepi enī ibi mulieri vi
due vt pascat te. Surrexit ⁊ abiit
in sareptā. Cūq̄ remiss⁹ ad portaz
ciuitatis apparuit ei mulier vidua

colligens ligna ⁊ vocauit eam di
xitq̄ ei. Da mihi paululū aque in
vase vt bibā. Cūq̄ illa pergeret
vt afferret: clamauit post tergus
eius dicens. Affer mihi obsecro ⁊
buccellā panis i manu tua. Que
rēdit. Viuit dñs deus tuus qđ nō
habeo panē nisi quantū pugill⁹
capere potest farine i ydria ⁊ pau
lulum olei in lechito. En colligo
duo ligna vt ingrediar ⁊ fatiā il
lud mihi ⁊ filio meo vt comeda
mus ⁊ moriamur. Ad quā helias
ait. Noli timē. s; vade et fac sicut
dixisti. Verūtamen mihi p̄mū fac
de ipsa farinula sub cinerit⁹ pa
nē paululū ⁊ affer ad me: tibi āt
⁊ filio tuo faties postea. Hec autē
dicit dñs de⁹ isrl. ydria farine nō
deficiet: nec lechit⁹ olei minuetur
vsq̄ in diē in qua dñs daturus ē
pluuia sup fatiē t̄re. Que abiit et
fecit iuxta v̄bum helie. Et comedit
ipse ⁊ illa ⁊ dom⁹ ei⁹ ⁊ ex illa die
ydria farine nō defecit ⁊ lechitus
olei nō est imminut⁹. iuxta v̄bū
dñi qđ locutus fuerat i manu he
lie. Factū ē āt post v̄ba hec. egro
tauit fili⁹ mulieris matrisfamilias
⁊ erat lāguor fortissim⁹ ita vt
nō remaneret i eo alitus. Dixit er
go ad heliā. Quid mihi ⁊ tibi vir
dei. Ingress⁹ es ad me ⁊ rememo
rarent iniquitates mee ⁊ infirmitates
filiū meū. Et ait ad eā helias. Da
mihi filiū tuū. Tulitq̄ eū de sinu
ei⁹ ⁊ portauit i cenaculū vbi ipse
manebat ⁊ posuit sup lectulū suū
⁊ clamauit ad dñm ⁊ dixit. Dñe
deus me⁹. etiā ne viduā apđ quā
ego vtāq̄ sustētor afflixisti: vt i
terficeres filiū eius. Et expandit

se atq; mensus ē sup puerū tūb;
vicibus clamauit ad dñm ait
Dñe deus meus reuertat obsecro
anima pueri hui⁹ in viscera ei⁹.
Et exaudivit dñs vocē helie et re
uerſa ē anima pueri intra eū et re
uixit. Tulitq; helias puerū et depo
ſuit eū de cenaculo in inferiorē do
mū et tradidit mū sue et ait illi. En
vixit fili⁹ tuus. Dixitq; mulier ad
heliam. Nūc in isto agnouī qm̄ vir
dei es tu et verbū domini in ore tuo
verum est. **Ca. xviij.**

D Oſt dies multos factum est
verbū dñi ad heliam in añō
terciō dicens Vade et oñde te achab
ut deſimpluuiā ſup faciē fre. Iuit
ergo helias ut oñderet ſe achab.
Erat autē fames vehemēs in ſama
ria. Vocauitq; achab abdiā
diſpēſatōrē dom⁹ ſue. Abdiā autē
timebat dñm deū valde. Nā cū in
terficeret iezabel pphetas dñi tulit
ille cētum pphetas et abſcōdit eos
qñquagenos et qñquagenos in
ſpeluncis et pauit eos pane et aq̄.
Dixit ergo achab ad abdiā. Va
de in terrā ad vniuerſos fōtes aq̄
rum et in ciuitas valles ſi forte poſ
ſimus inueniē herbam et ſaluare
equos et mulos et ſi pemitus iumē
ta intereant. Diuiſerūtq; ſibi regio
nes ut circuiret eas. Achab ibat
p viā vnā et abdiā p viā alterā
ſeorſū. Cūq; eēt abdiā in viā he
lias occurrit ei. Qui cū agnouit
eū cecidit ſup faciē ſuā et ait. Nūc
tu es dñe mi helias. Cui ille rñdit
Ego. Et dixit. Vade et dic dño tuo
Adeſt helias. Et ille quid peccauī
inquit qm̄ trades me ſeruū tuum
in manu achab ut interficiat me.

Vixit dñs deus tu⁹ qz non ē gēs
aut regnū in quo nō miſerit dñs
meus te requirēs. Et tñdētib⁹ cū
dis nō eſt hic: adiūuit regna ſin
gula et gētes eo qz minime reperi
teris. Et nūc dicis mihi vade et dic
dño tuo adeſt helias. Cūq; re
ceſſero a te ſpūs dñi aſportabit
te in locum quē ego ignoro et in
greſſus nūciabo achab et non in
ueniēs te interficiet me. Seruus
autē tuus timet dñm ab infantia
ſua. Nūqd ſi indicatū eſt tibi do
mino meo quid fecerim cū interfi
ceret iezabel pphetas dñi et abſcō
derim de pphetis domi centū viros
quingēnos et quinquagenos in
ſpeluncis et pauierim eos pane et
aq̄. Et nūc tu dicis vade et dic do
mino tuo adeſt helias ut interficiat
me. Et dixit helias Vixit dñs ex
ercitū añ cuius vultū ſto qz ho
die apparebo ei. Abiit g abdiā in
occurſū achab indicauitq; ei. Ve
nitq; achab in occurſū helie et cū
vidiſſet eū ait. Tu ne es ille qz oñ
bas iſrl. Et ille ait. Non ego tur
bauī iſrahel ſi tu et dom⁹ pñs tu⁹.
Qui deliquiſtis mādata dñi et ſecuti
eſtis baalim Verūtamen nūc mit
te et congrega ad me vniuerſū iſrl
in mōte carmeli et pphetas baal
qdringētoſqñquaginta pphas
qz lucorū quadringētoſ qui ome
dūt de mēſa iezabel Miſit achab
ad oēs filios iſrl et cōgregauit p
phetas in mōte carmeli. Accedens
at helias ad oēs populū iſrl ait.
Vſqueq; claudicatis in duas par
tes. Si domin⁹ ē deus ſequimini
eū. ſi autē baal ſequimini illū. Et
nō reſpondit ei populus verbū.

Et ait rursus helias ad pplm **E**go
remāsi ppha dñi solus. pphete at
baal qdringēti a qnqginta: pphete
teq lucorū qdringenti viri sunt.
Denē nob duo boues et illi eligāt
sibi bouē vnū et in frustra cedētes
ponāt sup ligna ignē aut nō sup
ponāt. **E**t ego fatiā bouē alterū et
imponā sup ligna. ignē aut non
supponā. **I**nuocate noīa deoz v
stroz a ego iuocabo nomē dei mei
a deus q exaudierit p ignē ipse sit
deus. **R**idens oīs pplus ait. **O**p
tima ppositio quā locut⁹ ē helias
Dixit ergo helias pphetis baal. **E**li
gite vobis bouē vnū a facite pmi
qz vos plures estis et iuocate no
mina deozū vroz: ignēqz nō suppo
natis. **Q**ui cū tulissent bouē quem
dederat eis fecerūt a iuocabāt no
mē baal de mane vsqz ad meridiē
dicētes. **B**aal exaudi nos. **E**t nō
erat vox neq q rēderet. **T**ranslie
bātqz altare qd fecerāt. **C**ūqz essz
iā meridies: illudēbat illis helias
dicēs. **C**lamate voce maiore. **D**e⁹
em est et forsītā loquē. aut i diū
sorio ē. ā in itinere. ā certe dormit
vt excites. **C**lamabāt ergo voce
magna a incidebāt se iuxta rituz
suū cultris a lāceolis: donec pfūde
rent sanguine. **P**ostqz at trāsiē
meridies a illis pphantib⁹: vene
rat tēpus q sacrificiuz offerri solet
nec audiebatur vox neq aliqz re
spōdebat nec attēdebat orātes: di
xit helias omī pplō. **V**eite ad me
Et accedente ad se pplō curauit al
tare dñi qd destructū fuerat et tu
lit duo decī lapides iuxta numerū
tribuū filiorū iacob ad quē faīs
ē fmo dñi dicēs. **I**srēl erit nomen

CLXXX
tuū a edificauit de lapidib⁹ altaē
i noīe dñi. **F**ecitqz aqueductū qñ
p duas aratiūculas i circuitu al
taris a cōposuit ligna. diuīsitqz p
membra bouē a posuit sup ligna
a ait. **I**plete qtuor ydrias aqua
et fūcite sup holocaustū a sup li
gna. **R**ursūqz dixit. **E**t iā scdo hoc
facite. **Q**ui cū fecissent scdo. ait.
Et iā terco i dipfū facite. **F**ecerūtqz
terco: a currebāt aque circū altaē
a fossa aqueduct⁹ repleta ē. **C**ūqz
iā tēpus essz vt offerret holocau
stū accēdes helias ppha ait. **D**ñe
de⁹ abrahā a ysaac a isrl. ostēde
hodie qz tu es deus isrl a ego su⁹
tuus a iuxta pceptū tuū feci omīa
verba hec. **E**xaudi me dñe exaudi
me vt discat ppl⁹ iste qz tu es do
min⁹ de⁹ a tu vntisti cor eoz iterū
Cecidit aut ignis dñi et vorauit
holocaustū a ligna a lapides: pul
uerēqz a aquā q erat in aquedu
ctu lambēs. **Q**d cū vidisset omīs
ppl⁹: cecidit in fatiē suā a ait. **D**ñs
ipse ē de⁹: dñs ipse ē de⁹. **D**ixitqz he
lias ad eos. **A**pprehēdite pphas
baal a ne vnus quidē effugiat ex
eis. **Q**uos cū apprehēdissent: duxit
eos helias ad torrentē cyson et i
terfecit eos ibi. **E**t ait helias ad
achab. **A**scēde omede a bibe: qz so
n⁹ multe pluuie ē. **A**scēdit achab
vt omedēt a bibēt: helias at ascē
dit in vticē carmeli et pnus i frā
posuit fatiē suā inē genua sua a di
xit ad puerū suū. **A**scēde a pspice
ōtra mare. **Q**ui cū ascēdisz a cōtē
plac⁹ essz. ait. **N**ō ē quicqz. **E**t rur
sū ait illi. **R**eūtē septē vicib⁹. **I**n
septia aut vice ecce nubescula pua
qñ restigiū hōis ascēdebat de mō

Qui ait **A**scende et dic achab. **I**n-
ge curru tuu et descende ne occupet
te pluuia. **C**uq; se reuertebat huc at-
q; illuc ecce celi tenebuntur et nu-
bes et ventus et facta est pluuia gradis.
Ascendens itaq; achab abiit in iesta-
bel et man⁹ dñi facta est sup heliaz
accintusq; lumbis curriebat ante
achab donec veniret in iestabel.

Quia uenit aut **C**a. xix.
Achab ihezabel oia que fece-
rat helias et quomodo occidisset uni-
uersos prophetas baal gladio. **Mi-**
sitq; ihezabel nunciu ad heliaz di-
ces. **N**ec mihi faciat dii et hec ad-
dant nisi hac hora cras posuero
aiam tuam sicut aiam unius ex illis.
Timuit ergo helias et surgens abi-
it quocumq; eu ferebat voluntas. ve-
nitq; in iestabee iuda et dimisit ibi
puerum suu et prexit in desertu via uni-
us diei. **C**uq; uenisset et sederet sub
ter uina iuniperu petiuit aie sue ut
moreretur. **E**t ait. **S**ufficit mi dñe
tolle aiam meam. **N**eq; enim melior
sum q̃ patres mei. **P**roiecitq; se
et obdormiuit in umbra iuniperi.
Et ecce agelus dñi tetigit eu et dixit
illi. **S**urge comede. **R**esperit et ec-
ce ad caput suu sub cineribus pa-
mis et vas aque. **C**omedit ergo et
bibit et rursum obdormiuit. **R**euer-
susq; est agelus dñi secundo et tetigit
eu. dixitq; illi. **S**urge comede. **G**ra-
dis enim tibi restat via. **Q**ui cum
surrexisset comedit et bibit et abu-
lauit in fortitudine cibi illius quadraginta
diebus et quadraginta noctibus
usq; ad montes dei oreb. **C**uq; re-
misisset illuc mansit in spelunca. **E**t ec-
ce sermo dñi ad eum. dixitq; illi.
Quid habes helias. **A**t ille respondit.

Zelo zelatus sum pro dño deo exercituum
q̃ dereliquerunt pactus dñi filij israel.
Altaia tua destruxerunt et prophetas
tuos occiderunt gladio et derelictus
sum ego solus et querunt aiam meam
ut auferant eam. **E**t ait ei egredere et
sta in monte coram dño. **E**t ecce dñs
transiit et spūs gradis et fortis sub-
uerteret montes et sterens petres aui
dñm. **N**ō in spū dñs. **E**t post spūm
omocio. **N**ō in omocione dñs. **E**t
post omocionem ignis. **N**ō in igne
dñs. **E**t post ignem sibilus aure te-
muis. **Q**uod cum audisset helias ope-
ruit vultu suu pallio et egressus ste-
tit in ostio spelunce et ecce vox ad eu
dicens. **Q**uid habes helias. **E**t ille
respondit. **Z**elo zelatus sum pro dño deo
exercituum q̃ dereliquerunt pactum
tuu filij israel. **A**ltaia tua destruxerunt
et prophetas tuos occiderunt gladio et
derelictus sum ego solus et querunt ani-
mam ut auferant eam. **E**t ait dñs ad
eu. **V**ade et reuertere in uiam tuam
per desertu in damascum. **C**unq;
pueneris illuc unges azabel regem
super siriam et iehu filiu namsi un-
ges regem super israel heliseum
autem filiu saphat qui est de abel
maula unges prophetam pro te. **E**t erit
quocumq; fugerit gladium asahel oc-
cidet eu iehu et quocumq; fugerit gla-
dium iehu interficiet eu heliseus. **E**t de-
reliqua mihi in israel septem milia uiro-
rum quorum genua non sunt incuruata ante
baal et oculus quod non adorauerit eum
osculans manu. **P**rofectus ergo in de-
sertu helias reperit heliseu filiu saphat
aratum in duodecim iugis bouum et ip-
se in duodecim iugis bouum arati-
bus un⁹ erat. **C**uq; remisisset heli-
as ad eu misit pallium suu super eu

Qui statim relictis lobus cucurrit
post heliam. Et ait. Osculor oro te
patrem meum et matrem meam et sic sequere
te. Dixitque ei. Vade et revertere. Quod
enim meum erat feci tibi. Reversus autem
ab eo tulit patrem suum et mactavit il-
lud et in aratro suum coxit carnes et
dedit populo et comederunt. Consurgesque
abijt et secutus est heliam et ministrabat
ei. **Ca. xx.**

Porro benadab rex syrie con-
gregavit omnem exercitum suum
et trigintaduos reges secum et equos
et currus et ascendes pugnabat contra
samaritiam et obsidebat eam. Mittensque
nuntios ad achab regem israel in civitatem
ait. Hec dicit benadab. Argentum
tuum et aurum tuum meum est et uxores tue
et filii tui optimi mei sunt. Responditque
rex israel. Iuxta verbum tuum domine mi
rex tuus sum ego et omnia mea. Revertentesque
nuntii dixerunt. Hec dicit be-
nadab qui misit nos ad te. Argenti
tuum et aurum tuum et uxores tuas et
filios tuos dabis mihi. Cras igitur
hac eadem hora mittam servos meos
ad te et scrutabunt domum tuam et do-
mum servorum tuorum et omne quod eis pla-
cuerit ponent in manibus suis et au-
ferent. Vocavit autem rex israel omnes
seniores terre et ait. Animadvertite et
videte quoniam insidiet nobis. Misit
enim ad me per uxores meas et filios
et pro argento et auro et non abnuum.
Dixeruntque omnes maiores natum et
universus populus ad eum. Non audias
neque acquiescas illi. Responditque nuntius
benadab. Dicit domui meo regi.
Omnia prope que misisti ad me servum
tuum in initio facta sunt. Hanc autem rem facere
non possum. Reversique nuntii retu-
lerunt ei. Qui remisit et ait. Hec

faciant mihi domini et hec addant: si suffe-
cerit pulvis samarie pugillibus omnis
populi qui sequitur me. Et respondens rex israel
ait. Dicit ei. Ne glorieer accinctus.
eque ut discinctus. Factum est autem cum
audisset benadab verbum istud bibe-
bat ipse et reges in umbraculo et ait
servis suis. Circumdate civitatem. Et
circumdederunt eam. Et ecce propheta unus
accedens ad achab regem israel ait ei.
Hec dicit dominus. Certe vidisti om-
nem multitudinem hanc nimiam. Ecce
ego tradam eam in manum tuam hodie
ut scias quod ego sum dominus. Et ait achab.
Per quem. Dixit ei. Hec dicit
dominus. Per pedes equos principum
punitiarum. Et ait. Quis incipiet
plari. Et ille dixit. Tu. Recensuit
ergo pueros principum punitiarum et
reperit numerum ducentorum triginta
duorum. Et recessit post eos populum
omnes filios israel septem milia et
egressi sunt meridie. Benadab autem
bibeat temulentus in umbraculo
suo et reges triginta duo cum eo qui
ad auxilium eius venerant. Egressi
sunt autem pueri principum punitiarum in
prima fronte. Misit itaque benadab
qui nuntiaverunt ei dicentes. Viri egres-
si sunt de samaria. At ille ait. Siue
per pacem veniunt apprehendite eos vi-
vos. Siue ut plient vivos eos ca-
pite. Egressi sunt ergo pueri princi-
pum punitiarum: ac reliquus exercitus
sequebatur. Et percussit unusquisque
virum qui contra se veniebat: fugeruntque
syri et persecutus est eos israel. Fugitque
benadab rex syrie in equo cum equi-
tibus suis. Necnon egressus rex israel
percussit equos et currus et percussit
syriam plaga magna nimis. Acces-
dens autem propheta ad regem israel

12
dixit ei. **V**ade et confortare et scito et
vide quid facias. **S**equenti enim anno
rex siriie ascendit contra te. **S**ervi vero
regis siriie dixerunt ei. **D**ominus motum fuit
dominus eorum ideo superauerunt nos. **S**ed
melius est ut pugnemus contra eos in
capestribus et obtinebimus eos. **T**u
ergo verbum hoc fac. **A**more reges
singulos ab exercitu tuo et pone
principes pro eis et instaure numerum
militum qui ceciderunt de tuis et equis sed
equis pristinos et currus secundum currus quos
ante habuisti et pugnabimus contra
eos in capestribus et videbis quod obti-
nebimus eos. **C**redidit consilio eorum
et fecit ita. **I**gitur postquam annus tran-
siecit recessit benadab sirus et asce-
dit in affec ut pugnaret contra israel.
Porro filii israel recensiti sunt et acce-
ptis cibariis profecti ex adulo. ca-
straque metati sunt contra eos quasi
duo parvi greges caprarum. **S**iri au-
tem impleverunt terram. **E**t accedens unus
vir dei dixit ad regem israel. **H**ec dicit
dominus. **Q**uia dixerunt siri de montium
est dominus et non est de vallium: dato omnem
multitudinem hanc gratem in manu
tua et scietis quod ego sum dominus. **D**irige
habetque septem diebus ex adverso huius
atque illi aties. septima autem die com-
missus est bellum. **P**ercusseruntque filii
israel de siris centum milia pedum in die
una. **F**ugerunt autem siri qui reman-
serunt in affec in civitate et cecidit
murus super viginti septem milia ho-
minum qui remanserant. **P**orro bena-
dab fugiens ingressus est civitatem
in cubiculum quod erat intra cubi-
culum. dixeruntque ei servi sui. **E**cce
audimus quod reges domus israel
clementes sint. **D**onamus itaque
saccos in humeris nostris et fumi-

tulos in capitibus nostris et egre-
diamur ad regem israel: forsitan sal-
uabit animas nostras. **A**ccinxe-
runt saccis humeros suos et posue-
runt funiculos in capitibus suis.
veneruntque ad regem israel et dixe-
runt ei. **S**ervus tuus benedab di-
xit. **V**inat oro te anima mea. **E**t il-
le ait. **S**i adhuc vivit: frater meus
est. **Q**ui acceperunt virum pro omine et
festinantes rapuerunt verbum ex
ore eius atque dixerunt. **F**rater tuus
benadab. **E**t dixit eis. **I**te et addu-
cite eum ad me. **E**gressus est ergo
ad eum benadab et levavit eum in cur-
ru suum. **Q**ui dixit ei. **C**ivitates quas
tulit pater meus a patre tuo red-
dam et plateas fac tibi in dama-
sco sicut fecit pater meus in samaria
et ego federatus recessi a te. **D**epi-
git ergo fedus et dimisit eum. **T**unc vir
quidam de filiis prophetarum dixit ad so-
cium suum in sermone domini. **P**ercute me
At ille noluit percutere. **C**ui ait. quod
noluisti audire vocem domini: ecce rece-
des a me et percutiet te leo. **C**umque
paululum recessisset ab eo: inuenit
eum leo atque percussit. **S**ed et alter iue-
niens virum dixit ad eum. **P**ercute me
Qui percussit eum et vulnecavit. **A**bijt
ergo propheta et occurrit regi in via et mu-
tauit asphione pulveris os et o-
culos suos. **C**umque rex transisset: cla-
mavit ad regem et ait. **S**ervus tuus
egressus est ad philian dum cominus
cumque fugisset vir unus adduxit eum
quidam ad me et ait. **C**ustodi virum
istum. **Q**ui si lapsus fuerit erit anima
tua pro anima eius: aut talentum argenti
appendes. **D**um autem ego turbatus
huc illucque me vertebam subito non
comparuit. **E**t ait rex israel ad eum

Hoc ē iudiciū tuū: qđ ipse de
creuisti. At ille statim absterse
puluerē de facie sua et agnouit eū
rex isrl qđ esset de pphetis. Qui ait
ad eū. **Hec dicit dñs.** Quia dimi
sisti vicū dignum morte de manu
tua: erit anima tua p aia eius et
ppls tuus p ppo eius. **Refusus ē**
igit rex isrl in domū suam audire
cōtēnens et furibundus venit in
samariā. **Ca. xxi.**

Post verba at hec tēpore illo
vinea erat naboth iezrahel
lite qđ erat i iezrahel: iuxta palatiū
achab regis samarie. Locutus ē
ergo achab ad naboth dicens.
Da mihi vineā tuā vt fatiā mihi
ortū oleū qđ vicina ē et ppe domū
meā. **Daboq; tibi p ea vineā me**
liore: aut si cōmodius tibi putas
argēti pretiū quantū digna est.
Cui rēdit naboth. Propiti⁹ mihi
sit dñs ne dem hereditatē patru
meorū tibi. **Venit ergo achab i**
domū suā indignās et frendens
sup verbo qđ locutus fuerat ad
eū naboth iezrahelites dicens: non
dabo tibi hereditatē pīm meorū.
Et pitiens se in lectulū suū autē
faciē suā ad parietē et nō comedie
panē. **Ingressa ē autē ad eū iezra**
hel vxor sua dixitq; ei. **Quid ē hoc**
vnde anima tua contristata ē et qre
nō comedis panem. **Cui rēdit ei**
Locutus sū naboth iezrahelites et
dixi ei. **Da mī vineā tuā accepta**
petiū aut si tibi placet dabo tibi
vineā meliorem p ea. **Et ille ait.**
Non dabo tibi vineā meā. **Dixit**
ergo ad eū iezrahel vxor eius. **Grā**
dis auctoritatis es et bene regis re
gnū isrl. **Surge et comedē panē et**

equo animo esto. **Ego dabo tibi**
vineā naboth iezrahelites. **Scripte**
itaq; lras ex noīe achab et signa
uit eas anulo eius et misit ad ma
iores natu et optimates qđ erāt in
ciuitate eius et habitabāt cū na
both. **Litterarū autē hec erat sen**
tentia. **Predicite ieiunū et sedere**
facite naboth inter pmos populi
et submittite duos viros filios be
lial cōtra eū et falsū testimoniū di
cant benedixit naboth deū et regē
et educite eū et lapidate. sicq; mo
riat. **Fecerūt ergo ciues eius ma**
iores natu et optimates qđ habita
bant cū eo i vrte sicut pcepit eis
iezrahel et sicut scriptū erat in lris
quas misit ad eos. **Predicaue**
rūt ieiunū et sedē fecerūt naboth
inter pmos ppli et adductis duo
bus viris filiis dyaboli fecerunt
eos sedere cōtra eū. **At illi scilicet**
vt viri diabolici dixerūt cōtra eū
testimoniū corā multitudīe. **Be**
nedixit naboth deū et regem. **Quā**
ob rē educerūt eū extra ciuitatez
et lapidib⁹ interfecerūt. **Miserūq;**
ad iezrahel dicētes. **Lapidat⁹ est**
naboth et mortuus ē. **Factū ē autē**
cū audissz iezrahel lapidatum na
both et mortuū: locuta ē ad ach
ab. **Surge posside vineā naboth**
iezrahelites qđ noluit tibi acq̄escere
et dare eā accepta petiū. **Nō em̄**
vixit naboth s; mortuus ē. **Qđ cū**
audisset achab mortuū videlicet
naboth: surrexit et descēdebat in vi
neā naboth iezrahelites vt posside
ret eam. **Factus ē igit sermo dñi**
dñi ad heliā thesbiten dicens. **Sur**
ge descēde in occurū achab regis
israhel qui ē in samaria. **Eccē ad**

vineas naboth descendit ut posside
at eam. Et loquens ad eum dicens.
Dec dicit dñs de⁹. **Q**uod occidisti in su-
per et possedisti. Et post hec ab des
Dec dicit dñs. **I**n loco hoc i quo
inixerunt canes sanguine naboth
lambent q̄ sanguinem tuū. Et ait
achab ad heliā. **N**ū inuenisti me
inimicu tibi. **Q**ui dixit. **I**nueni eo
q̄ venūdatus sis ut faceres malū
in oſpectu dñi. **Dec** dicit dñs. **E**cce
ego inducā sup te malū et demecā
posterio a tua et infestā de achab
mingentez ad parietē et clausū et
ultimū in isrl. Et dabo domū tuā
sicut domū iheroboā filij nabath
et sicut domū baasa filij ahia. q̄a
egisti ut me ad iracundiā puoca-
res et peccare fecisti isrl. **S**ed et de ie-
zabel locutus ē dñs dices. **C**anes
comedēt iezabel i agro iefrahel. **S**i
mortu⁹ fuit achab i citate comedēt
eū canes. si aut mortu⁹ fuerit i agro
comedet eū volueres celi. **I**gitur non
fuit alter talis sicut achab qui ve-
nūdatus est ut faceret malū in
oſpectu domini. **C**oncitauit em̄ eū
iefrahel vxor sua et abominabilis
fact⁹ est intantū ut sequerēt ydo-
la que fecerant amorrei quos con-
sumpsit domin⁹ a fatie filioꝝ isrl.
Itaq̄ cum audisset achab sermo-
nes istos scidit vestimenta sua et
opuit cilitio carnē suā ieiunauit
q̄ et dormiuit in sacco et ambulauit
demisso capite. **E**t factus ē sermo
domini ad heliā thesbitem dices.
Nōne vidisti humiliatu achab
coram me. **Q**uia igitur humilia-
tus est mei causa non inducam
malū i dieb⁹ ei⁹. si i dieb⁹ filij sui
iferaz malū domui ei⁹. **Ca. xxi.**

O **R**āficūt igit tres āmi absq̄
bello inter siria et isrl. **I**n an-
no aut terco descendit iosaphat
rex iuda ad regez isrl. **D**ixitq̄ rex
isrl ad seruos suos. **I**gnoratis q̄
nra sit ramoth galaad et negligi-
m⁹ tollere eā de manu regis sirie.
Et ait ad iosaphat. **V**eiesne me-
cū ad plādū i ramoth galaad.
Dixitq̄ iosaphat ad regē isrl. **S**i
cui ego sū ita et tu. **P**opul⁹ meus
et pplus tu⁹ vnū sūt et equites mei
equites tui. **D**ixitq̄ iosaphat ad
regē isrl. **Q**uere oro te hodie sūmo-
nē dñi. **C**ōgregauit ḡ rex isrl pro-
phetas q̄dngē tos circū viros et
ait ad eos. **I**te debet i ramoth ga-
laad ad bellādū an q̄scere. **Q**ui
rēderūt. **A**scēde et dabit eam dñs
i manu regis. **D**ixit aut iosaphat
Nō ē h̄ ppheta dñi quispiā ut in-
rogem⁹ p eū. **E**t ait rex isrl ad io-
saphat. **R**emansit vir vnus per
quem possum⁹ interrogare dñm.
sed ego odi eū. q̄ non pphetat m̄
bonū s̄ malū: micheas filius iem-
la. **C**ui iosaphat ait. **N**e loquaris
ita rex. **V**ouit ḡ rex israhel eunū
chū quendā et dixit ei. **F**estia ad-
ducere micheā filiū iemla. **R**ex au-
tem israhel et iosaphat rex iuda se-
debant vnusquisq̄ in solio suo ve-
stiti cultu regio in area iuxta ostiū
porte samarie et vniuersi pphete
pphetabant in oſpectu eoz. **F**ecit
q̄ sibi sedechias fili⁹ chanaā cor-
nua ferrea et ait. **Dec** dicit dñs.
Dñs ventilabis syriaz: donec dele-
as eam. **O**mnesq̄ pphete similiter
pphetabant dicentes. **A**scēde in ra-
moth galaad et vade prospere et
tradet dominus in manus regis.

Nuntius vero q̄ ierat vt vocaret
micheā locutus ē ad eum dicens
Ecce sermōes pphaz ore vno regi
bona p̄dicant. **S**it g̃ sermo tuus
filiis eorū a loquere bona. **C**ui mi
cheas ait. **V**iuat dñs. q̄ qd̄cūq;
dixerūt mibi dominus hoc loq̄r
Venit itaq; ad regē a ait illi rex.
Michea: ire debemus in ramoth
galaad ad preliandū an cessaēs.
Cui ille respōdit. **A**scende et vade
p̄spere a tradet dñs i manu regis
Dixit at rex ad eū. **I**terū atq; iterū
adiuro te vt nō loq̄ris mibi nisi
qd̄ verū est in noīe dñi. **E**t ille ait
Vidi cūctū israhel disp̄sū in mōti
bus q̄si oues nō habētes pasto
rem. **E**t ait dñs. **N**on habent isti
dñm: reuertat̄ vnusquisq; i domū
suā in pace. **D**ixit ergo rex israhel
ad iosaphat. **N**unq̄d nō dixi tibi
q̄ nō p̄phetat mibi bonū s̄ semp
malū. **I**lle vero addens ait. **P**ro
pter hoc audi sermonē dñi. **V**idi
dñm sedentē sup soliu suū a dñez
exercitū celi assistentē ei a dextris
a a sinistris. **E**t ait dñs. **Q**uis de
cipiet achab regē isrl vt ascēdat
a cadat in ramoth galaad. **E**t
dixit vnus verba huiuscemōi et
alius aliter. **E**gressus ē aut spūs
a stetit corā dño a ait. **E**go decipi
am illū. **C**ui locutus ē dñs. **I**n q̄.
Et ille ait. **E**grediar et ero spirit⁹
mendax in ore oīm p̄phetarū eius
Et dixit dñs. **D**ecipies a p̄ualebis
egredē a fac ita. **N**unc igitur ecce
dedit dñs spm̄ mēdaci i ore oīm
p̄phetaz tuoz qui hic sūt et dñs
locutus ē cōtra te malū. **A**ccessit
at sedechias filius chanaan a p
cussit micheaz in maxillā et dixit.

Me ne ergo dimisit spirit⁹ dñi et
locutus ē tibi. **E**t ait micheas. **C**LXXXA
Visurus es i die illa quādo ingre
dieris cubiculū intra cubiculū vt
abscondaris. **E**t ait rex israhel. **T**ol
le micheaz et maneat ap̄d āmon
principē citatis a ap̄d ioas filiu
amalech et dicite eis. **H**ec dicit
rex. **M**ittite viē istū i carcerē a su
stentate eū pane tribulacōnis a
aqua āgustie: donec reūtar i pace
Dixitq; micheas. **S**i reūsus fueis
in pace nō est locut⁹ i me dñs. **E**t
ait. **A**udite ppli oēs. **A**scēdit itaq;
rex isrl et iosaphat rex iuda i ra
moth galaad. **D**ixit itaq; rex isrl
ad iosaphat. **S**ume arma a igre
dē p̄liū a induē vestib⁹ tuis. **P**or
ro rex isrl mutauit habitū suū a
igressus ē tellū. **R**ex at syrie p̄ce
pat p̄ncipib⁹ curruū trigintaduob⁹
dicēs. **N**ō pugnabitis cōtra mi
norē a maiorē quēq; nisi cōtra regē
isrl solū. **C**ū ergo vidissent prin
cipes curruū iosaphat suspicati
sūt q̄ ip̄e esset rex isrl a ip̄etu facto
pugnabant cōtra eū. **E**t exclama
uit iosaphat. **I**ntellerūtq; p̄n
cipes curruū q̄ nō esset rex isrl et
cessauerūt ab eo. **V**nus aut qd̄ā
tetēdit arcū: in icertū sagittā diri
gens a casu percussit regē isrl inter
pulmonē a stomachū. **A**t ille di
xit aurige suo. **V**erte manū tuā a
eice me de exercitu. q̄ ḡuiter vul
nerat⁹ sū. **C**ōmissum ē ḡ plūz in
die illa. **E**t rex isrl stabat i curru
suo cōtra syros a mortu⁹ ē vespere
Fluebat aut sāguis plage i sinū
curruū a p̄co isonuuit i vniūso ex
ercitu anteq̄ sol occumberet dicēs.
Vnusquisq; reūtat̄ in citatē et in

terrā suā. **M**ortu⁹ ē autē rex et pla-
 tus ē in samaria. **S**epelierūtq; re-
 gē in samaria et lauerūt currū ei⁹
 i piscina samarie et linxerūt canes
 sāguinē ei⁹ et habenas lauerūt iux-
 verbū dñi qđ locutus fuerat. **R**e-
 liq; autē sermonū achab et ymūsa
 q̄ fecit et dom⁹ eburnea quā edifi-
 cavit. cūctaq; vrbū q̄s extruxit
 nōne hec scripta sūt i libro verbo-
 rū diez regū isrl. **D**ormiūt ergo
 achab cū pñbz suis et regniuit och-
 zias fili⁹ ei⁹ p eo. **I**osaphat vero
 fili⁹ asa regnare cepit sup iudā
 āno q̄rto achab regis isrl. **T**rigi-
 taq; āno ēat cū regnare cepis-
 set et viginti q; ānis regnauit in
 iherlm. **N**omē m̄is ei⁹ azuba: filia
 salai. **E**t ābulauit i oī via asa pa-
 tris sui et nō declinauit ex ea. **F**ecit
 q; qđ rectū ē i cōspectu dñi. verūta-
 mē excelsa nō abstulit. **A**d huc ei
 p̄lus sacrificabat et adolebat incē-
 sū i excelsis. **P**aceq; habuit iosa-
 phat cū rēge isrl. **E**liq; āt vboz iosa-
 phat et opa ei⁹ q̄ gessit et p̄lia nō-
 ne hec scripta sūt i libro verborū
 diez regū iudā. **S** et reliq; effe-
 minatoz q̄ remāserāt i diebz asa
 pñs ei⁹ abstulit de terra. **R**ex erat
 tūc rex ostituit i edō. **R**ex vero iosa-
 phat fecerat classes i mari q̄ nauī-
 garēt i ophir p̄p̄ aux et ite nō po-
 terāt. q; ofracte sūt i asy on gater.
Tūc ait ochozias fili⁹ achab ad
 iosaphat. **V**adāt fui mei cū suis
 tuis i nauibz. **E**t noluit iosaphat.
Dormiūtq; i osaphat cū pñbz su-
 is et sepultus ē cū eis i ciuitate da-
 uid pñs sui. regnauitq; ioraz fili⁹
 ei⁹ p eo. **O**chozias āt fili⁹ achab
 regnare cepit sup isrl i samaria

āno septio decimo i osaphat regis
 iudā. regnauitq; sup isrl duobz
 ānis. **E**t fecit malū i cōspectu dñi
 et ambulauit i via pñs sui et ma-
 tris sue et i via ieroboam filij na-
 bath qui peccare fecit isrl. **S**erui-
 uitq; baal et adorauit eū et irrita-
 uit dominū deū isrl iuxta omnia
 que fecerat pater eius.

Explicit liber tertius Regū.
Incipit quartus. Ca. p̄mū.

Deuariatus ē autē
 moab i isrl: postq̄
 mortu⁹ est achab.
Ceciditq; ochozias
 p̄r cācellos cenacu-
 li sui quod habebat i samaria et
 egrotauit. misitq; nūtiōs dicens
 ad eos. **I**te consulite beelzebub
 deum accharon: vtz viuere queā
 de infirmitate hac. **A**ngelus autē
 dñi locutus ē ad heliam thesbite
 dicens. **S**urge et descende in occur-
 sum nūtiōz regis samarie et dices
 ad eos. **N**ūquid non est deus in
 israhel: ut eatis ad cōsulendū beel-
 zebub deū accharon. **Q**uā ob rez
 hec dicit dñs. **D**e lectulo sup quē
 ascendisti nō descendes. sed morte
 morieris. **E**t abiit helias. reuerfi
 q; sūt nūci ad ochozias. **Q**ui dixit
 eis. **Q**uare reuerfi estis. **A**t illi re-
 sponderūt ei. **V**ir occurrit nobis
 et dixit ad nos. **I**te reuertimini ad
 regem qui misit vos et dicetis ei.
Nec dicit dominus. **N**unquid
 quia non erat deus in israhel mit-
 tis ut cōsulatur beelzebub deus
 accharon. **I**dcirco de lectulo su-
 per quē ascendisti nō descendes
 sed morte morieris. **Q**ui dixit eis.